

00 000

294²
qm.



M E D I C A T I O
M A G D U R I T H .
S P V T O S A N G V I N I S

L A B O R A N T I S :

Q V A M
Divino adjuvante Numinē,

S U B P R A E S I D I O
C L A R I S S I M I V I R I

D. H E N R I C I R E G I I,

Reip. Ultrajectinæ Poliatri, & Medicinæ
ac Botanices Professoris Ordinarii,

Publicè ventilandam proponit
J A C O B U S van D A M, Ultrajectinus.
Ad diem 31. Martij, horâ 9. matutinâ.



Naturâ & Industriâ.

T R A J E C T I ad R H E N U M ,

Ex Officinâ Iohannis à Noortdijck, In Academ. Typograph,
ANNO C I C I C X L V I I .

V.V. V. Cl. Cl. Cl.
D. PETRO van DAM,
Med:Doct:, Patri charif-
simo, honore, quem filiū
decet, in æternum co-
lendo.

D.GVLIELMO vāDAM,
I. U. L. Reip. Amisfur-
tensis Consulari dignif-
simo, patruo debita re-
verentia venerando.

D. GVLIELMO PEU-
TIO, Med:Doct:, avúcu-
lo nūquā non diligēdo.

Hoc Exercitium Medicum

Offert & inscribit

JACOBUS VAN DAM



M E D I C A T I O
 V I R I
SPVTO SANGVINIS
 LABORANTIS.

I.

Vix robustus, 40. annos natus, postquam diu intemperanter, in copioso & generoso cibo potuque ingurgitando, vixisset, coepit de dolore quodam thoracis gravativo, & tussi sicca comitato, conqueri; qui deinde per aliquot menses duravit. Tandem ipsi nocte evigilanti oborta est tussis vehemens; ex qua post aliquot horas incidit in sanguinis expunctionem tam copiosam, ut ea nocte pelvim integrum sanguine, cui multum puris fœtidissimi erat admixtum, impleverit. Postea expunctione illa non nihil quidem fuit imminuta; verum redeunte postridie vehementer tussi, rursus pelvim sanguine, spunctione rejecto, implevit, jam valde fitit, nec à febri est liber.

II.

Afficiuntur in hoc ægro substantia pulmonum & eorum vasorum, uti ex sanguine, & pure illo copioso, tussiendo rejecto, est manifestum; uti & Cor, ut patet ex febri.

III.

Moribus qui eum infestat est pulmonis & ejus vasorum exacerbatio, sanguinis & puris copiosi expunctione comitata.

IV.

Causa procatarractica hujus morbi est intemperans illa cibi & potus copiosi & generosi ingurgitatio; quâ magna copia humorum sanguineorum & acrum, in toto corpore & pulmonibus collecta, antecedentem huic morbo præbuit causam. Pars

X 2

vero

verò ejus magna ex vasis pulmonum in eorum substantiam effusa, (causa hujus morbi *continens* existens) produxit suo pondere primum dolorem gravantem; & acrimoniam ac quantitate suā bronchia pulmonum irritando, excitavit *tussim*, qua primo nihil expectorabatur, quia materia illa, pulmonum poris contenta, primò erat nimis crassa, & substantiæ eorum nimis firmiter affixa, quam ut de ea quicquam ex pulmonibus expectoraretur. Postea yero lapsu temporis fuit ille sanguis extravasatus in pus conversus, quod lapsu temporis putredinem & hinc fœtorem & tantam acrimoniam contraxit; ut illud ipsi dormienti tam vehementem concitaverit *tussim*, qua pulmonum bronchia & vasa, materiæ isti purulentæ & fœtidæ, in cavitate pulmonum collectæ, vicina, ac ab eius acrimonia pene exesa, diffregerit, atque ita & puri & sanguini copioso in bronchiorum cavitates fenestram tantam aperuerit, ut vi vehementioris *tussis* tanta fœtidi puris & sanguinis floridi copia fuerit excreta, quæ jam aliquot pelyes hactenus implevit.

V:

Et quoniam pars puris putridi poros vasorum pulmonum intrat, & cum sanguine ibidem mixta ad cor defertur, in eoque vehementius & malignius incalscit, producit ea hic *febrim*, ex qua deinde oritur, ob œsophagi exsiccationem, molesta sitis.

VI.

Morbus hic, propter exulcerationem pulmonum & majorum vasorum, magnam copiam sanguinis effundentium, est periculosisimus. Hinc enim vel subitæ mortis, vel phthiseos est periculum. Quia tamen historiæ testantur nonnullos à tali morbo fuisse curatos, spes nondum plane decollavit.

VII.

Curatio itaque tentanda, eaque consistet in sanguinis averione & eductione, vasorum apotorum clausione, ulceris detorsione, ejusque consolidatione.

VIII.

Mox itaque sanguis per venæctionem è dextro brachio educatur

ducatur ad vnc. viij. Et venælectio postridie, itmo vel post tres horas, reiteretur.

Utaturque continuo pro tussi diatragacantho frigido tabulato, in ore contento.

Et hoc Eclegmate utatur lambendo:

Rx. syr. de liqueritia vnc. j. s.

syr. capill. ven. vnc. j.

loch sani & experti dragm. ij.

syrup. violacei unc. s.

Misce, F. Linctus, quem lambat eum bacillo
liqueritiae.

Purgetur etiam tali purgante:

Rx. rhabarb. elect. dragm. j. s.

mirabolan. citrin. dragm. s.

thamarind. vnc. s.

Infunde in aq. plantag. s. q. expressioni adde rhabarb. pulv. dragm. s.

syr. de ros. sicc. vnc. i. scammonii gr. iv.

Misce F. potus, qui sumatur mane.

Post biduum reiteretur purgatio hoc haustu.

Rx. elect. lenit. dragm. vj.

diacathol. dragm. ij.

aq. ungu. caballine vnc. iiij.

Misce, F. potio.

Pro potu utatur hac Phtisana:

Rx. hordei mundi pugill. ij.

glycerizæ rafæ dragm. ij.

uvar. passular. vnc. j.

Decoquantur in aq. comm. ad lib. j. addendo calatura saccari q. s.

Utatur etiam frequenter hoc amygdalato.

Rx. amygdalar. dulc. excorticatar. vnc. ij.

sem. 4. frig. mai. ana dragm. j.

cum aq. hordei q. s.

F. emulsio amygdalata ad lib. j., saccaro perlato

q. s. edulcorata.

IX.

Si sputum sanguinis copiosum perseveret, utatur frequenter,
hoc decocto:

Rx. rad. symphyti nai.
 tormentilla, ana vnc. j.
 herb: bellidis min.
 millefolij,
 pulmonaria,
 tussilaginis,
 portulacæ,
 plantaginis,
 pyrolæ,
 bugula, ana. m. j.
 Sem: hyoscyami
 acetosæ,
 pottulacæ, ana dragm. ij.

Decoquantur in aq: communi ad lib. j. in qua dissolue syr. de portulaca,
 myrtill. ana vnc. i. Misce, F. Apozema.

Sumat etiam subinde de his tabellis:

Rx. sem: hyoscyami alb. subtiliss. pulv. scrup. ij.
 gummi arabici scrup. j.
 coralli rubr:
 boli armena an. dragm. f.
 succi berberis dragm. ij.
 saccari albi vnc. ij.
 aq: ros.
 plantag. q. f.

F. tabellæ dragmæ quantitatè, quarum unam reueat in ore,
 donec sensim liquecat.

Magnopere hic etiam profunt trochisci de alkekengi cum o-
 pio, in lacte dragmæ quantitate læpe exhibiti.

Sub

Sub nocte in etiam sumi potest hoc Medicamentum

*Ex. syr. de ros. sicc.
de succo portulacæ.
papav. alb. vna vne.*

Misce.

Capiat cochlear unum singulis duabus horis, ita ut una nocte totus syrups ille absumatur.

Cucurbita magna Hepatis regioni potest adhiberi, & frequenter reiterari.

Oxycratum etiam potest testibus applicari.

X.

Aer sit ad siccum & frigidum declinans. Cibis sit refrigerans, siccans adstringens, paucus, ex pedibus vitulorum, late, carnibus vervecinis, gallinaceis, piscibus saxatilibus. Potus sit cerevisia tenuis, viuum aquosum, rubellum, lac caprile, amygdalatum. Fugiat exercitia & quiescat. Aarem leviter inspiret. Excrementa alvi respondeant quotidie arte vel naturam. Somnus sit nocturnus, moderatus. Abstineat a Venere. Viter omnes affectus, praesertim ira m.

COROLLARIA.

1. **F**ames non fit à suctione venarum, sed ab acri quoddam succo, in ventriculum continuo illabante.
2. Semen non perficitur in testibus.
3. Chylus omnis eon manet tamdiu in ventriculo, donec omnis sit coctus.
4. Potus hominem nutrire potest.
5. Potus non excernitur in Diabete non mutatus.
6. Datur sanguinis Circulatio.
7. Nullæ corporis partes alimentum attrahunt, sed nutritionis causa in eas impellitur. Quia
8. Non datur attractio nisi attrahens sit alligatum rei attractabenda.
9. Valvulae necessario in nervis sunt statuenda.

F I N I S.



00 A 6396

ULB Halle
002 928 167

3



Stra

OLLARIA

I.
sola bile atra oritur.


II.
dianas dari, contra Platerum, Affir-

III.
cultas nostri corporis qualitates, ut vult

IV.

x-rite

colorchecker CLASSIC



M E D I C A T I O

VIRI

SPVTO SANGVINIS

L A B O R A N T I S:

Q V A M

Divino adjuvante Numinē,

S U B P RÆSIDIO

C L A R I S S I M I V I R I

D. H E N R I C I R E G I I,

Reip. Ultrajectinæ Poliatri, & Medicinæ
ac Botanices Professoris Ordinarii,

Publicè ventilandam proponit

J A C O B U S van D A M, Ultrajectinus.

Ad diem 31. Martij, horâ 9. matutinâ.



Naturâ & Industriâ.

T R A J E C T I ad RHENUM,

Ex Officinâ Iohannis à Noortdijck, In Academ. Typograph,
ANNO C I C I O C X L V I I .